

P R Æ F A T I O.

Sensio, salutisq; æternæ cura cordi est, minime dubitare debemus. Et sunt hi soli, qui beneficia Dei per Lutherum & alios nobis praestata agnoscunt, & pro luce Euangeliū Deo grati sunt, & corruptelas & tenebras, quas subinde crescente crepusculo imminere visent, oderunt, & fugiunt, ac auertere student, aut saltem, ne alij incauti illis citius opinione obruantur, ut certè fit, monere clamando, rogando, monstrando, & vicem & tatis nostræ deplorando, quantum possunt, & ratio vocationis uniuscuiusq; fert, praecat uere solent, etiamsi propterea excipiantur saepè toruo yultu, & inquietudinis à securis, qui periculum non animaduertunt, accusentur. Ut autem ad rem reuertar, placuit, Illustrissime Princeps, Tuæ Celsitati ea, quæ ad doctrinæ & pietatis studiosam iuuentutem retulsi, & quibus me & illam ad Deo gratias agendas exuscitare volui, exhibere & dedicare. Etsi enim pauca sunt; quæ commemorauī, quæq; sufficere ad præsens meum institutum iudicauī, & commemoranda plura ad aliud tempus reseruo, tamen non esse indigna hæc

A 5 Tuæ